



Universitätsbibliothek Paderborn

Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

Meglinder, Joseph

[S.I.], Anno MDCLXXXIII.

10. Novembris. 4. Idus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45314

nec in se sperat, factus sibi tanquam **DEI so-**
vas perditum: sed sic perdens animam **lius au-**
suam, ut in vitam aeternam custodiat **xilio**
inniti-
eam. Porro id quidem sola facit hu- **tur hu-**
militas cordis, ut non sibi fidelis ani-
ma innitatur; sed deserens semetip-
sam ascendat de deserto innixa super
dilectum.



10. Novembri. 4. Idus.

BANDREA, Abbas Calisii, cuius **Floruit**
monasterii prima jecisti funda- **anno**
menta, tam celebri virtutum famâ in- **1240.**
clytus, ut statim à morte per populi
 acclamationem titulum sanctitatis
 obtinueris. Duplicem plerumque Deus
 retribuit mercedem operibus piè susceptis:
 largitur famæ gloriam in hac vita, in al-
 tera vitam sine fine. Sed utramque sola
 meretur, quam uinam meis actionibus
 semper præfigerem, Recta Intentio.

B. ALQUIRINE, Clarævallis **Obiit**
 Monache: qui tanquam rutilans ex il- **anno**
 lo virtutum cœlo radius, charitatis ig- **1169.**
 nem in domesticos & extraneos spar-
 fisti. Ansam præbuit Medicinæ scien-
 tia, quam ita morbidis adhibuisti, ut
 ad felic-

378 ANNI CISTERCIENS.

Medicu-
cum agi-
marum
& cor-
porum. ad feliciorem curæ methodum præmitteres pharmaca, interiores animi morbos sanantia. De cætero solum in ulcerosis Christum intuebaris, ac sine horrore fluentem ex potentibus membris saniem non manibus solum sed & osculis premiebas. Fuit id longe gratissimum Medicorum principi Christo; qui, ut te ad heroicos hujusmodi actus audaciorem redderet, sua Vulne sacratissimam vulnera tibi amplexanda sua obtulit, relinquens in corde tuo tam ei ad dulce amoris vulnus, quod tum primum coaluit, cum anima ad viam offert. immortalem evolavit. Quam horribilia infligat animæ vulnera peccatum, convincunt pretiosissima remedia, his ulceribus adhibenda: sanguis nempe ille Divinus, quem pro nobis effudit Servator. Quis haec audiat, & non summum concipiat in animo peccati olim?

S. BERNARDUS, ser. 3. de Nat.
Peccati
gravi-
tas ex
reme-
dio &
stima-
eur. Ex consideratione remedij periculi mei estimo quantitatem. Sanus mihi videbar: & ecce! mittitur Virginis Filius, Filius Dei altissimi, & jubetur occidi, ut vulneribus meis pretioso sanguinis balsamo medeatetur. Agnoscce, ô homo, quam gravia sint vulnera pro quibus

pro quibus necesse est Dominum Chri-
stum vulnerari.



II. Novembris. 3. Idus.

BENARRANDE, gemina sub ve-
xillo Cisterciensi militia clare: qua-
rum priorem exercuisti juvenis inter ^{floruit}
^{circa} annum ^{1190.}
Templarios Equites tum gregarius
tum supremus Ordinis Magister: po-
sterioremeritus in Claravalle ges-
sisti, te solum pro hoste agnosens: ga-
leam dedit humilitas, armorum vi-
cem subiere flagella: vigiliæ, preces, &
inedia ludi militares erant, quibus de-
nique melius quam ante Jerosolymam
cœlestem expugnâsti. Dignum utique
stipendium est militiae brevissimæ Civitas
illa felicitatis æternæ. Tu accende ani-
mum meum ad pugnam, ut mori millies
eligam, quam vietas hosti infernali ma-
nus dare.

BEHNRICE, Abbas Heisterba-
ensis: qui juvenis à propinquis, suum
magis commodum, quam tuum spe-
ctantibus, ad Canonicatum Bonnen-
sem promotus, salutem in fuga ad cœ-
nobium Heisterbacense quæsiisti. At
illi te extra limites evocatum equo vi-
olerenter imponunt, Bonnámque redu-
cunt. Stra-

^{Obiit}
^{anno}
^{1219.}